

mesticarum conuersationem. quia paterfamilias est in domo sicut rex in regno. et ideo sicut subditi regis tenent regem obedire in his que spectant ad gubernationem regni ita filij et alij domestici tenent patrifamilias obedire in his que pertinent ad dispositionem domus. Secundo pater habet ius plationis super filium in his que pertinent ad morum disciplinam. Debet enim pater filium disciplina informare. Subdit Arist. viij. Ethic. Et ideo in istis duobus tenent filij obedire patri et non alijs.

Feria sexta post Oculi.

Omnis qui biberit ex aqua hac sitiet iterum. Si autem biberit ex hac aqua quam ego dabo ei non sitiet in eternum. *Ioh. iij.* Dicunt naturales. Venenum expellit mediante aqua. quia ceruus hausto serpente nisi citius attingat aquam mori sine mora. Dicit enim glo. super illud ps. lxj. Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum. Ceruus senio grauatus ex crescentibus pilis ac cornibus. explorato serpente ipsum naribus haurit. Quo hausto veneno estuat. Idcirco aquam fontis ad bibendum ardentissime desiderat. Currit igitur querendo flumini purissimum. et bibit se replendo aqua. et sic vincit venenum et euomit. Moraliter per venenum intellige peccatum. quia dicit Anselm. c. xliij. Sicut venenum dicitur eo quod per venas vadat ad cor. sic peccatum per venas cogitationis aut delectationis transit ad consensum cordis. vel per venas. id est per sensus cordis subintrat in archana mentis. secundum illud Iere. ix. Abscondit mors per fenestras vestras. interitus ingressus est domos vestras. Item sicut venenum non ledit nisi quando sanguinem tangit. sic non ledit venenum per uerba cogitationis si non admisceat sanguis delectationis. Quia de quibusdam dixit Osee. iij. Sanguis sanguinem tetigit. quod post delectationem cogitationis sequitur in illis delectatio operis. Item sic venenum omne frigidum existit. sic omne peccatum mortale frigidum existit. cum calorem charitatis exterminat. iuxta illud Math. xij. Vbi superabundauit delictum seu iniquitas refrigitur charitas multorum. Illud quidem venenum peccati expellit ab anima mediante aqua diuine gratie aut vere penitentie. Idcirco homo qui ad instar cerui haustit serpentem dyabolicis. id est suggestionibus acquiescendo et noxas delectationis sibi. id est peccatum incorporando. Tunc veneno estuat quando transacta delectatione fedtatem peccati considerat. Quare tunc debet currere ad fontem misericordie christi cum David qui ait ps. xli. Sitiuit anima mea ad te deum fontem viuam. et debet cum eo reconciliari per penitentie sacramentum. Quia primum est aqua salutaris fluens a fonte vite. per quam qui facit hominem salire in vitam eternam. Iuxta verbum christi. Aquam quam ego dabo ei fiat in eo fons aque salientis in vitam eternam. que sunt verba euangelij beatierni. Hoc euangelium facit mentionem de triplici aqua. Prima sitim accendit. ibi. Omnis qui bibit. Secunda eam extinguit. ibi. Qui autem. Tercia sursum ascendit. ibi. Aquam quam ego dabo. Prima igitur aqua sitim accendit. et tangit ibi. Omnis qui bibit ex aqua hac sitiet iterum. Vbi nota quod hec aqua est multiplex. Prima est temporalis auaricie de qua intelligitur illud verbum. Omnis qui bibit et. quod auaricia sitim non faciat sed accendit. Et istius sunt multe cause. Prima quia animam dei capaces nihilominus deo implere possunt. Vnde cum orbis terrarum sit ante dominum quasi gutta. rosis ante lucem ideo nec cor hominis potest repleri secundum illud Sap. xj. Non sufficiunt cor replere vni hominis. Secunda causa quod cupiditas infinita est. sed pecunia quantumcumque magna finita. Iuxta illud Seneca. Naturalia desideria infinita sunt ex falsa opinione nascentia. Tercia quod auaricia est quasi ignis

ardens qui nunquam saturatur. Proverb. xxx. Ignis nunquam dicitur sufficit. ignis non extinguitur ex appositione lignorum siccoz sed auget. Sicut enim ligno siue ardeat ignis ut dicit sap. Eccli. xxvij. Sic cupiditas non extinguitur ex appositione diuitiarum sed auget. iuxta illud Iuuenalis in. iij. Crescit amor nummi quantum pecunia crescit. Ideo dicit Bernardus. Qui biberit ex aqua temporalis auaricie sitiet iterum. Secunda aqua que sitim non extinguit est secularis astutia. De qua. j. Ebo. iij. Sapientia huius mundi stulticia est apud deum. Scriptum est enim. Apprehendam sapientes in astutia sua. ut dicit Rober. hol. super li. Sap. lec. cxxvij. Ad modum aque dat apparentiam quantitatis. excellentiam subtilitatis. insolentiam mortalitatis. Prima astutia secularis dat apparentiam quantitatis. Nam illud quod per aquam videtur grandius videtur quod est in sua propria quantitate. unde Ptolomeus. Quod in aqua ponitur videtur maius. et Seneca de naturalibus quod non lib. iij. omnia per aquam iudicantibus longe videntur esse maiora. et cito post. Sydera ampliora per nubem aspicienti videntur. quod acies nostra in humido labitur. nec apprehendere fideliter quod vult potest. Sic moraliter quantumcumque quis fuerit modicus secundum mundum sine pulchritudine et fortitudine. sine diuitijs. sine genere. sine parentibus. sine aqua sapientie. si astutia seculari operatur grandescit et apparebit magnus. Similiter addiscat iura ciuilia. ornent se legibus et statutis regum. et statim apparebit nobilissime quantitatis. quod illa facient eum crescere in diuitijs familia et thesauris. et tamen non est maior in rei veritate. sed minor. iuxta illud Gregorius in mora. paruulus est qui terrena diligit. magnus qui celestia percipit. Unde quis appareant magni. nobiles et iocundi apud seculares seculares iudicantes. sunt tamen in diuino prospectu et iudicio conscientie. proprie parui ignobiles et dolore pleni. iuxta illud Job. xxvj. Ecce gigantes gemunt sub aquis. et qui habitant cum eis. id est qui mundi iudicio magni dicuntur. Secundo astutia dat excellentiam sublimitatis. aqua enim naturaliter querit terre supereminere et dominari. et alii non quiescit aqua naturaliter. quod tot appetitus eius naturalis est super poni immediate et predominari terre. Isti modo moraliter astutia secularis ad nullum alium finem tendit nisi ad volandum in bonis et ad acquirendum dominium terrenorum. In cuius figuram aqua produxit aues. Seneca. j. producant aque reptile anime viuientis et volatile super terram sub firmamento. Astutia enim secularis super genera hominum producit reptilia. id est eos qui sunt agricultores et mercatores. falsi artifices et homines. quorum tota pueratio est in terra. vel volatilia sunt nobiles supplantatores pauperum. et usurarii solennes et clerici symoniaci. et priuilegium filiarum. id est acquirunt bona sublimia et gradus et dignitates in ecclesia. iuxta illud Seneca. vij. Multiplicate sunt aque et eleuauerunt archam in sublimia a terra. Tercia aqua dat insolentiam mutabilitatis. vnde omnes insulares et marini incostantes sunt et insolentes nimis sicut patet de ipsis nautis qui promuniter vsant in aquis. tales enim regulant per lunam que est domina aquarum. Luna autem est velocissimi moris et plures circūuolutionis facit circa terram quam quicumque alius planetarum. Et moraliter astutia secularis reddet homines mutabiles. varios et versipelles ad modum vulpis que nunquam recto sed curuo itinere ingreditur. De ista enim astutia dicit Iere. xxv. Facta est mihi quasi mendacium aqua infidelium. baculus quantumcumque rectus sit sicut eum edietas profundat in aqua videtur tortuosus. Sic isti falsi supplantatores quantumcumque fuerint causa hominis iusta per eorum astutam vsutiam faciunt apparere iniustam. Et hi sunt a quibus iurgia et lites et iniqua mendacia oriuntur. Proverb. xvij. Qui dimittit aquam. id est qui astutia seculari sine regula bone conscientie vitæ caput est iurgiorum. id est principalis causa est lites inter homines mundiales. De hac etiam aqua mundiali exponitur illud. Dis qui biberit ex aqua et. Tercia aqua est carnalis luxurie. de qua similiter verificatur. bo. d.

verbum. Qui quanto plus exerceat tanto magis deside-
rat. Quia dicit sap. Prover. xxx. Tria sunt insatiabilia
infer. os vulue. mulieris incontinentis et terra. Sed
tū luxuria tria mala facit vt dicit Robertus sup li. Sap.
lec. xxiij. Prima qd effeminat vigorem. in signum istius
dum Samson domiuit in sinu Dalie strenuitate soli
ta fuit spoliata. Iudici. xv. Vide historiam dñica Re-
minisc. f. ij. D. X. Sic quicūq; dormit in sinu dalie. i.
q se pferit negligent voluptatib; voluptuose vite spoli-
at vigore. fingit enī Quidi? li. xv. methamor. de fonte
salinatio q talis erat virtutis q saxum abstulit viro q
se balneauerat in illo. Istō mō euenit de voluptate. et iō
si homo se balneat in delictis et voluptatib; effeminabi-
tur et animositatem amittit. Iō narrat Valerius in poli-
crate li. j. Quidi? cippo missus in hispaniam eo tpe
quo castra intrauit indixit. vt omnia q causa volupta-
tis essent pparata auferrentur vnde simul et semel duo mi-
lia scitoz legunt abisse ab exercitu romanoz. Et ē no-
tandum q nobilissimi pncipes qui nō bellis vel armis
vinci potuerūt. p luxuriam ceciderūt. sicut narrat li. j. c. v.
de Hannibali duce carthaginē. quem mulier qdam
pncipiose romanis tradidit occidēdum. Vnde Quidi?
de arte amādī fingit q mars q deus est bellantium ca-
ptus sit cum venere vxore Vulcani inuisibilib; cathe-
nis. et omnib; dijs celestib; in derisione osus. Cui hi-
storie alludens Valerius ad Ruffum de vxore non du-
cenda dicit sic. Mars cum deus bellatūz dici meruit
et triumphoz familiaris frequentia in quib; expedit ma-
rine pmpa strenuitas nihil sibi metuēs. a Vulcano
ligat est cum venere inuisibilib; catheenis. sensibilib; tū
Hoc autē et ad plausum satiroz et derisum celestis curie
vult dicere. q vulcanus fecit catheenas inuisibiles. et po-
suit eas in lectum veneris. in quib; cum mars intrasset
in lectum veneris. captus est et detentus donec tota cu-
ria celestis eum pspiceret. Et ideo de talib; dicit Job.
xxxvj. Moriet in tempestate anima eoz. et vita eoz in
excruciat. Exemplum de Holoferne qui ardens in
amore Iudith. vt eiusdem. xij. Secūdo carnalis luxu-
ria accumulatur dolorem. q naturalit post voluptatem
sequit penitentia. Sicut pbat venerabilis Boet. li. iij.
pla. vij. Quid de corporis voluptatib; loquar. vide de
hoc sup dñica. j. octa. ephie. L. D. Et dñica infra octa.
natiuitatē xpi. j. x. In huius etiam figuram fingit me-
thamor. fuscus li. x. Quid virgo quedam nomine miria
patris desiderauit incestum et desideratum ppetrauit
adiuuante nutrice. Tandem cum esset pceptum fugat
a patre. et tātā tristitiam incidit q fletu suspens et ge-
mitib; alterata puerla est in arborem cui nomen miria
que adhuc guttas amarissimas q lachrymas de se fun-
dit in signum q voluptatem illicitam corporis ppetuus
sequit dolor mentis. Tercio vō voluptas mentis ob-
fuscat decorem. qd patet de Salomone. iij. Reg. xj. q
femora sua inclinauit mulierib; et dedit maculā in glo-
riam suam. Cui in historia Valerius ad Ruffum sic al-
ludit. Sol omnium Salomon. thesaurus delitiaz dñi.
sapientie singularis domicilium crasso tenebrar; obfu-
scatus attramento. lucem nomis sui. odorem fame sue
gloriar; domus sue amore mulier; amisit. et postremo co-
raz Baaler ecclesiastice domi mutat est in mēbz sub-
ali. i. ex peccatore dei mutat est in mēbz dyaboli. Se-
cunda aq sitim expellit seu extinguit. et est triplex. Pri-
ma est pnia regularis. aqua enī tria opat. Primo enī la-
uat sordida sicut paruit sup dñica. iij. adue. f. j. f. S. et
Inuocauit f. ij. D. AD. Istō modo pnia abluit sordes
pccōz qntumēbz fuerint enormia. In cuius figura di-
ctum est Naama leproso. iij. Reg. v. Vade et lauare
septies in iordane. et recipiet sanitatem caro tua atz mū-
daberis. Quod exponit Naic. de ly. Per naama lepro-
sum intelligit pccōz infer; moralib; pccis. q audita p-
dicatorem miscdia dei pntitionem accepit ad pniām

veram pcedit et lauat septies in iordane. i. lachrymis pe-
nitentie que significat p iordanem qui interpretat rin-
iudicij. et lauat ideo septies. ppter septem pccā mortalia
et sic se lauando ad mentis mūdiciam restaurat. Iō dñe
dñs Ezech. xvj. Laui te aq mūda et mūdāi sanguinē
tuum. i. pccā quod ex carne et sanguine ortum bz. Iux-
tā illud Eccl. xvj. Quid nequus qd excoquitur caro et san-
guis. Secundo aq flectit rigida. sic pnia corda superba
domitat. et insolentia flectit ad obedientiam. sicut parz
de supbo Nabuchodonosor. Dan. iij. de quo sup do.
j. in aduen. f. j. A. S. Contingit enī de pccōib; sicut d
corallo de quo dicunt nāles. q qdū est in aq crescit et
auget ad modum plante. q cito extrahit rigescit in la-
pidem. iux illud Quidi? methamor. li. v. Sic et coralluz
q primo prigit anno. Tempe durecit mollis fuit her-
ba sū vndis. Et ita multi dum sunt in viros pnie du-
ros crescunt et molles attractibilesq; sunt q ex peniten-
tiam positi inuenerunt rigidi et rebelles. Ideo dñs Eccl.
xxiij. dixi. Rigabo ortum plātationū et inebriabo par-
tus mei fructum. Tercio aq coquit truda cum adiuto-
rio ignis. qd enī crudum est digestionē pūm. fit p de-
coctionem in aqua pueniens corporis nutrimentum. Isti
quidem incorporari non possunt corpi xpi mystico. ppter
suam cruditatem et insipiditatem donec in aquis peni-
tentie decocti fuerint. Iux illud Ezech. xxiij. Consu-
ment carnes et coquet vniuersa compositio et ossa tabe-
scent. Quod sic intelligit. Consumēt carnes. i. carna-
les affectiones. et coquet vniuersa compositio. i. ornat
supfluis ad modestiam reducef. et ossa tabescent. i. ri-
gide et rebelles voluptates. hec Robertus lect. cxxvij.
Ista aqua regularis penitentie extinguit sitim tempa-
lis auaricie. Sicut patet in Matheo et Zacheo. q peni-
tus auaricijs temporalib; inherebāt. De Matheo dicit
Matth. ix. de Zacheo Lu. xix. Postq autē ad penitenti-
am veniebāt sitis illa inordinata totaliter in eis fuit ex-
tinguita. q Matheus omnia dimisit et xpm secut erat. et
Zacheus ait. Ecce dñe dimidium bonoz meoz do pau-
pib; rē. Secūda aq que extinguit sitim est aq sapie sa-
lutaris. de q Eccl. xv. Aqua sapientie salutaris potauit
illum. Vbi nota sapientia assimulat aque. ppter tria. vt
tangit Robertus hol. lec. cxxvij. Primo. ppter eius sa-
cilem pmutationem. Aqua enī facile fm ea que sibi ap-
proximant se conformat. Vnde ambrosio. in hexa. li. iij.
Aqua rigorem commutat. vt inter vaporantia seruet
at. inter ymbrosa frigescat. sole repulsa estuat. nube ir-
rigata glaciali humore calefit. Istō modo sapientia mo-
ralis que hominem docet conuersari sine querela in me-
dio nationis prauę et puerse. salua semp honestate vite
in veritate conscientie nouit se omnib; conformare cuz
quibus viuūt. Iuxta illud quod scribit Aug. ad Moe-
rony. dist. xij. c. Illa autem. sic dicens. Quod non con-
fitem nec p bonos mores esse conuincit. indifferenter
est habendum. et pro eorum inter quos viuunt societa-
te seruandum est. Et subdit Aug. Mater mea. De-
diolanum me secuta inuenit ecclesiam sabbato non ie-
iunantem cepit fluctuare quid ageret. tunc ego consu-
lui de hacre Ambrosium. At ille ait. Cum romam ve-
nio ieiuno sabbato. cum mediolani sum non. Sic et tu
ad quācūq; forte ecclesiam veneris eius morem serua.
Et dicit Bartho. brix. in glosa. q argumentum est q
viatores tenentur sequi consuetudinem loci ad quem
veniunt. De hoc etiam dicit Salustius sup Albertum
Consulo quisquis eris qui pacis federa queris. Con-
sonus esto lupis cum quib; esse cupis. Nec tamē hoc in
constāte imputādum est sed prudentie. Quia dñs Ca-
tho. Constas et lenis vt res expostulat esto. Tempib;
mores sapiens sine crimine mutat. Cui consonat mar-
tianus de formula vite honeste. Si prudentiam am-
plexeris vbiq; idem eris. Et vt rerum aut temporum
varietas exgit. ita te accommodes ipsi. nec te in ali-

apulis
Super
aque

quo mutes. sed magis aptes. Sicut manus eadem est. et cum in palmam extendit. et cum in pugnam restringitur. hec ille. Ita aqua salutaris sapientie tradit in scriptura sacra de petra altissima videlicet xpo de quo emanavit. quia xpc cum morbo bonorum se pformavit. Et sicut dicit **Anicenna**. Aqua que descendit ab alto melior est ceteris paribus. Ita sapientia et discretio derivata a xpo melior est nobis doctrina. Quia dicit **Gap. j.** fons sapientie verbum dei in excelsis. Quarto. propter eius naturalem humectationem. Dicit enim **Ambrosius**. in beza. de opere tercij diei. Aqua est alitrix omnium virgultorum. diversos singulis usus ministrans. Isto modo sapientie et doctrine sacre scripture dant singulis alimentum iuxta sue conditionis necessitatem. Quod figuratum est **Gen. xxiij.** Cum servus **Abrahe** venisset in domum **Barthuelis** dedit paleas et fenum camelis. Panis autem oblatus est servo. **Barthuel** enim interpretatur castus deo. et significat prelatum vel predicatorem cui competit castitas. ut sup. sermone precedenti. **X. Hic** debet apponere iumentis. i. rudibus fenum et paleas. i. expositiones eorum capacitati cognitatas. grossasque documenta que capere possunt. Sed servus dei debet intelligenter scriba predicare. sicut illud **Apostoli. j.** **Chor. ij.** Sapientiaz loquimur inter perfectos. Et ibidem. c. iij. Tanquam parvulis in xpo lac potum dedi vobis. Non enim poteratis. s. intelligere altiora. Et his patet quod sacra scriptura et salutaris sapientia dat singulis. prout capere possunt alimentum ut faciant fructum operis tempe oportuno. Iuxta illud **ps. j.** Erit tanquam lignum quod plantatum est etc. Et nota quod aqua pluviialis valet omnibus piscibus et plantis terre plus quam aqua fluviialis vel fontis. et plus per illam crescunt arbores. et nihil bene crescit nisi bene imbibaatur aqua. Moraliter aqua pluviialis que de celo descendit. est doctrina moralis sacre scripture de qua **Deut. xxxij.** Concrepescat ut pluvia doctrina mea etc. Ista plus confert piscibus et plantis. i. hominibus in mundo habitantibus pueris et senibus quequecunque doctrina quantumcumque moralis a phis adinuenta. De hac dicit **ps. Super aquas refecit. educ. me.** Ista aque sacre scripture non solum potant bibentes sed etiam reficiunt. Ideo inter religiosos in refectorio legi solet. ut non solum ventres cibo. sed etiam reficiant mentes dei verbo. Ista aqua mutatur in vinum. i. pces **Marie**. quod nisi ipsa gratiam docendi inpetrare dignaretur insipidum appareret quicquid ab homine profert. In cuius figura non nisi ad **Marie** instantiam xpc in nuptiis aquam in vinum convertit **Joh. ij.** Tercio propter eius figuralem representationem. In aqua enim clara et non turbida. s. quieta species rerum abiectione apparet sicut probat **Boet. li. j. metro. vlti.** dicens. Si mare voluens. turbidus auferretur. misceat estum vitrea dudum. parque serenit. vnda diebus. mor resoluta. sordida sceno. visibus obstat. Vult dicere. Sicut aqua maris clara manente ad modum vitri visus eam potest penetrare et videre ea que sunt sub aqua. Si turbatur per ventum tunc obstat visui dispendio radios visuales ne valeant perfecte cognoscere rem sub aqua. ideo aqua tenet quasi vicem speculi ad visum pauperum. Iuxta illud **Eccli. xxvij.** In aqua resplendet vultus perspicientium. Isto modo sacra scriptura seu etiam dei verbum homini ostendit qualis est in moribus. Quia dicit **Breg. ij. mora.** Scriptura mentis oculis quasi quoddam speculum opponit. ut interna nostra facies in ipsa nobis videatur. Ibi etenim fedas. et ibi et pulchra nostra cognoscimus. Ibi sentimus quantum proficimus. Ista igitur aqua salutaris sapientie extinguit sitim secularis astutie. Qui enim sapiens est in xpo. non cupit astutus apparere mundo. Quia dicit **Aug.** Quis est in mundo. ad te venit qui fecit mundum ut eripiat te de mundo. si forte aliqua delectatione te retinet mundus super visum esse in mundo. Tercia aqua que extinguit sitim est aqua lachryme. Unde aqua assimilatur lachrymis

propter tria. ut dicit **Anf. li. j. c. xlvj.** Primo quia aqua est lassorum confortativa. nam ut omnes homines et omnia iumenta dum calore estuant in estate. si aquam coacte vel sponte transeant mor se excutunt. et resumpti viribus avidius cibum sumunt et fortiora ad opera redeunt. Sic lachryme mirabili modo lassos et laborantes confortant. et vires perditas in animas reportant. Et anima quantumcumque diversa miro modo confortatur bis aquis balneata. Et dicit notatur lachryme spirituales. quia lachryme a spiritu sancto veniunt. Quia dicit **Roma. viij.** quod ipse spiritus. s. sanctus postulat pro nobis. i. postulare nos facit gemitibus inenarrabilibus. Ideo dicit **Leo papa** in sermone quodam. Ab ipso spiritu sancto lachryme sunt penitentieales. Secundo aqua est durorum mollificativa. Nam panis bis coctus qui est natura durissimus in aqua positus mollis efficitur. Sic anima compuncta in lachrymis posita dei severitatem emollit ad parcendum. et ad miserendum flectit. Unde dicit **Bern.** quod lachryma vincit invincibilem. et superat omnipotentem. Ideo legitur. **Reg. iij.** Quod **Abner** volens reconciliari **David**. misit nuncios ut contraherent cum illo amicitias. **Cui David.** Non videbis faciem meam nisi adduxeris mihi **Nicol.** hanc figuram exponit moraliter **Nico. de lyra** dicens. Hic **abner** gerit figuram et typum peccatoris. Sed **David** figuram christi. hic igitur immittit nuncios orationum ad christum ut amicitias eius habeat. si nisi adduxerit peccator. **Nicol** que interpretatur aqua ex omnibus et significat lachrymas vere penitentis que de peccatis omnibus debet esse non potest faciem dei videre. Et sicut **Abner** gratiose fuit acceptus quoniam **Nicol** adduxit secum et magnum primum ei fecit. sic christus vere lacrimantem et penitentem suscipit et eum sacramento eucharistie reficit. in illud **Lu. xv.** Hic peccatores recipit et manducat cum illis. hic dicit **Bern.** Quod lachryma humilis est tua potentia. tuum regnum. ante tribunal iudicii sola intrare non vereris sed vacua intras. vacua non redibis. sed quicquid petieris hoc obtinebis. Accusantibus innotis silentium imponis. et non est que te prohibeat accedere. Tercia aqua est castrore edificativa. nam **bylonia** fortissima dicitur fuisse. non tamen quia muris altissimis et fortissimis cingeretur. sed quod undique fluminibus valleretur. ut super dicitur invocavit **f. ij. T. d.** quod nullus locus potest esse fortis ubi aqua deficit. sicut patet de **berthulia** **Judith.** Sic lachryme penitentium mirabiliter prestant. s. impetum tentationum. s. dyaboli. in illud **ps. Tu** tribulasti capita draconum in aquis. s. lachrymarum. Ista quidem aqua lachryme spiritualis extinguit sitim luxurie carnalis. sic patet in hoc exemplo in **vitalpa**. de quadam muliere vanissima que cum per civitatem nimiam ambitioe prederet. quidam sanctus episcopus eam vidit et ad terram corruit et amarissime flere cepit. Et cum interrogaretur cur fleret. respondit. Non fleo quod ista mulier plus est sollicita placere mundo quam ego deo. Cum ergo episcopus domum redisset. per ea oravit. Cuius pces dominus exaudivit. et sequenti nocte visum est sibi quod quadam corniculaveneret ad eam. quam ipse accipiens in aquam dimerit. et mox in columbam candidam versa fuit. sequenti mane illa tota in lachrymis resoluta ad pedes episcopi prostravit. et quod peccando nigerrima postea cum lachrymis baptizata est candida. Ideo dicit de lachryma **Eccli. iij.** Ignem ardentem extinguit aqua. i. ardorem carnalis voluptatis extinguunt lacryme.

Dominica in medio quadragesime.

Exice ancillam et filium eius
Ista scribit originaliter **Gen. xxi.** et transumptive ad **Gal. iij.** in epistola bodierna. Consuetudo est in hac dominica puerorum quod morte expellunt figuram ei morte de stramine aut alia refaciunt. et illud est civitates eiciunt et postea in aquas praeiciunt et submergunt. et licet hoc factum ad